Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



uirtute tua: cantabimus & psallemus uir
tutes tuas. PS. Deus deus meus respice in me:
quare me dereliquisti longe a
salute mea: uerba delictorum meorum Deus
meus clamabo per diem & non exaudies et
nocte & non ad insipienciam mihi Tu
autem in sancto habitas: laus israhel In
te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et libe
rasti eos. Ad te clamauerunt & saluu
facti sunt: in te sperauerunt et non sunt
confusi. Ego autem sum uermis & non
homo: opprobrium hominum & abiectio
plebis. Omnes uidentes me deriserunt
me: locuti sunt labijs & mouerunt caput.
Speraui in domino eripiat eum: saluum
faciat eum quoniam uult eum. Quoniam
tues qui extraxisti me de uentre: spes mea
ab uberib; matris mee in te proiectus sum